

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Correctio ai cum uariis

Que est ista iusticie inimica bonitas, palpare criminosos et uulnera eorum usque ad diem iudicii incurata seruare? Quod si eos durissimam penitentiam per plures annos uideremus agere, tunc nos et saluti eorum possemus consulere et statuta canonum deberemus temperare. Cum uero aliquibus non compunctio humilitatis, nec instancia operandi appareat, nec beatum Daudid imitentur qui dicit: Lauabo per singulas noctes, lachrimis meis stratum meum rigabo, et illud: Cinerem tanquam panem manducabam et potum meum cum fletu et cetera, nec eos ieiuniis et lectionibus uacare uideamus, possumus agnoscere, si ad primos gradus uel honores redirent, cum quanta negligencia et cum quanto torpore et inimica sue anime securitate permanerent.

Ieronymus in quadam epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Correctio ai] Correctio ah P V¹ V² L¹ L²; bonitas,] bonitas? L¹ L²; uideremus] uiderimus P V¹ V² L¹ L²; possemus] possumus B; canonum] canorum V²; imitentur] imitetur P V¹ V² L¹ L²; lauabo] laudabo V²; noctes] lectum meum *add.* P V¹ V² L¹ L²; meum rigabo] et cetera L¹ L²; potum] poculum V¹ V²; meum cum fletu *om.* C L¹ L²; cum fletu *om.* P V¹ V²; redirent] re C; sue anime] anime sue B C P V¹ V² L¹ L²